



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

[Mit Teil von Relatio IX] RELATIO X. De eodem Februario.

1626

Atkenovium exusti sunt, omnibus hominibus foedissime concruciatu.

Havelbergam hac tempestate Mansfeldius ipse venit cum suo quodam exercitu: qui habitatoribus illius loci non adeo molestus fuit. Paulo autem post totus eò exercitus cum omni instrumento bellico & impedimentis Lawenburgo Saxonie appulit.

RELATIO X.

De eodem Febuario.

Mense Febuario ex Calabria Romam perlata fuisse dicuntur 3000 manuarum oblonga bombarba, quas Musquetarum vocant, & 4000 lancea, in usum militum. Legati tredecim pagorum Helveticorum, qui Papam agnoscunt, discesserunt Roma, munificè à Pontifice donati; permissis Gubernatori Pape Veldslinjs. Cumq; Sabaudus fines Novarensios cum 250 centurijs militum attigisset, missos fuisse ajunt à Genevensibus, peritos viros, qui illum locum probe munirent: Balderanum autem propter quasdam suspiciones dimissum: süm Hormeam 4000 viros ablegatos, ut ibi castra ponerent arcendo Sabauda, sed & Thurinum ferunt advenisse 4000 Gallos cum 200 equis clitellarjs argento onustis, & Mediolano profectos esse, qui in Germania plurimos equos emerent, jussu Gubernatoris. Classem Gallicam cepisse Hispanicam quãdam ætuariam navem, Barcellona cum magna vi pecunie & aliis rebus venientem. Venetos iterum 1300 Albonenses iustrasse. Casarem instituisse iter Pragam versus & hinc Noribergam: apud quem nihil impetrarint pro religione sua retinendo supplicantes Austriaci provincia superioris Oceni. advocatis autem Evangelicis Vienna imperatum deniuò, ut paxarent, neq; noctu abessent sine venia ab urbe. Sponsam Be-

bleme

RELATIO X.

tbleni deductam Cascoviam, comitatam 10000 viris: ac eundemq; se prapaxare ad bellum. Pragæ adhuc savitum fuisse in Evangelicos, militesq; in eorum, qui die Cinerum papistico examinati non velle deficere deprebensi essent, domos; in urbe parvilateris immisos: eaq; re motos multos, relictis suis bonis, discessisse.

Mense Februario Holmiam in Sueciam venit missus à Rege Bohemia & Statibus, Magnificus & Nobilissimus Dn. LUDOVICUS Camerarius, Jctus illustris. Sed cum Serenissimus Potentissimus & invictissimus Svecia Rex GUSTAVUS ADOLPHUS eo tempore in Livonia diceretur adhuc commorari, ut eò itinere terrestri; quod centenorum aliquot milliarium est; Holmiâ proficisceretur, cum se accinxisset itinere; & die 22. Februarij Vbsaliam venisset, & hinc viam illam longam & difficilem ingressus esset, tamen postridie Vbsaliam reversus est; quod ab Illustri & Generoso Dn. Domino AXELIO OXENSTIERNÆ, Libero Barone de Rimtho / Dn. in Sjöholm & Egdöön & c. potentissimi Regni Sveonum Senatore & Cancellario Magnificentissimo, quem habuit à SR Mte ex Livonia reversum obviam, edoctus esset, Regem Suecia in eo esse, ut in regnum Avitum & Patrium redires. Quare Holmiam se rursus contulit, ibiq; S. R. Mtis adventum expectavit.

DE MARTIO Anno 1626.

SUB initium mensis Martij Rex Angliæ scribitur suis interdixisse civibus omni negotiatione cum Hispanis: idemq; fecisse se Gallum; ijs autem, qui sunt de religione, promississe Gallum conservationem omnium privilegiorum: seq; Rupellanis quoq; satis facturum: utrumq; autem hoc agere quomodo bellū contra

Hispanum senò geratur : idq̄, ut præsenti, interdictum illud utrumq̄, factum ad adimendum Hispanis omnem commercium ; cum & Rex Anglia urbes Balthici littoris severè monuerit, ne sub confiscatione quicquam in Hispaniam importent.

Statuum naves, hoc tempore, Rupellis in Belgium reverse, jussu sunt in Dunkyrchios ire, una cum alijs, quæ passim abijs parantur, & cum auxiliarijs Britannicis classibus.

Roterodami adhuc unum atq̄, alterum de Ammiralitate captum memorant. Statu quoq̄, ne quid hosti adveheretur, severissimè mandasse; in primis duabus illis urbibus Bredæ & Buseo Ducis : exceptis tamen colonis & pagis, qui sunt ditionis Bredensis, quorum angustijs & miserijs succurri permisum est. Oldenburgensem Comitem aliquot millena arma ibi parari sibi curare, militemq̄, illis in locis pro Rege Dania colligere.

Hagæ comitum equuleo subjectis fuerunt duo, qui rem in Baijs Americæ adeo negligenter gesserunt.

Colonienses Agrippini valde conquesti sunt, sibi ab Hollandis omnem commercium intercludi ; hoc enim ipso vicinas regiones in extremum discrimen conjectum iri, periclitari etiam Artesiam & Hannoniam ; demq̄, hinc miserarum oceanum redundaturum in illas terras, cum Rex Dania & confederati constituerint Adversarios suos privatione rerum ad victum, necessariorum vehementius oppugnare, siquidem jam tum tanta sit annona penuria, ut ne quidem præsentis magna pecunia edulia parari possint.

Stendaliam veteris Marchie metropolim Rex Dania per Capitaneum Fuchsum occupavit. Brandenburgum autè vetus Mansfeldium. Fridlandici in loca munita concesserunt. Utraque pars alteri summo opere insidiatur. Regis Daniæ Legatus Magdeburgi fuit : quid cum Senatu egerit, nemo adhuc aius scit.

Ad